



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum


Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica II. Adventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)



DOMINICA II. ADVENTUS.

THESIS I. *Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* Matth. II. v. 6. *Christus*
quibus
 Tribus hominum generibus *scanda-*
lum?
 Christus exitit offendiculo: I. *Incredulis*, qui scandalizati fuerunt super imbecillitate suæ Infantiae, quam nolabant credere. II. *Mollibus*, qui scandalizati sunt super Austeritate vitæ suæ, quam noluerunt sequi. III. *Superbis*, qui scandalizati sunt super ignominia Mortis suæ, quam profiteri noluerunt. *Dyon Capucin.*

THESIS II. *Quid existis in deserto videre?* Matth. II. v. 7. *Joan. Virtutes.*
 nes tres proprietates à sua persona inseparabiles exhibuit: I. prima fuit *Humilitas*, quæ lapis offensionis fuit Grandibus, & sapientibus hujus sæculi. II. *Paupertas*, quæ Divitibus non placuit. III. *Austeritas vitæ*, scandalum scili-

scilicet mollibus & delicatis. P. We-
spin in suo *Morali Evangelico*.

Recurfus ad Christum. THESIS III. Mittens duos de discipulis suis. Matth. II. v. 2. Joannes in vinculis mittit non ad Herodem, neque ad Principes hujus Mundi, sed ad Christum; ita nos quoque discipulos nostros eò dirigamus; scilicet I. *Memoriam* beneficiorum acceptorum. II. *Intellectum*, Deum Creatorem & Dominum nostrum agnoscendo. III. *Voluntatem*, amando, & miseras ei nostras proponendo. *Finetti in Confid. Moral. super Evang.*

THESIS IV. Mittens duos de discipulis suis. Matth. II. v. 2. I. Aliqui in adversitatibus suis mittunt ad *Demonem*, ut opituletur. II. Alij ad *Homines*, ut auxilium ferant. III. Postremi ad *Deum* cum Joanne. seu ad Christum, ad quem omnes opem postulaturi deberent mittere.

Captivitas animae. THESIS V. Joannes in vinculis. Matth. II. v. 2. I. Jugum Legis *Captrivitas Libera est*. II. Jugum Peccati *miseria est Captivitas*. Illud honorat *Justum*,

Justum, istud facit Peccatorem inhonoratum. Segneri. Manna 1. Aug.

THESIS VI. *Joannes autem cum audisset in vinculis.* Matth. 11. v. 2. Quæ vincula? I. *Joannes in vinculis liber.* II. *Herodes in libertate vinculus.* Seu, quod idem est, *Libertas serva, Servitus libera,* S. Aug. de peccatorum libertate exclamat: Bonus etiamsi serviat, liber est; malus autem, etiamsi regnet, servus est, nec unius hominis, sed, quod est gravius, tot dominorum, quor viriorum, l. 4. de Civit. c. 3. vide etiam Grosse. 1. Aug.

THESIS VII. *Joannes autem in vinculis.* Matth. 11. v. 2. Qualia vincula? Dantur quatuor vinculorum genera: I. Vinculum *Naturæ*, quale est Corpus, quod includit animam. II. Vinculum *Peccati*, in quo nascimur, & vix non semper constricti vivimus. III. Vinculum *Pænæ*, quo ligantur Rei in carcere. IV. Vinculum *Legis Dei*, & amoris, quæ captivitas gloriosa est. Horum Primum suffer, secundum rumpe, tertium evita, quartum ambi, manus pedesque his manicis & pedicis porrige; juxta illud: Vincula ejus
A 5 alli-

alligatura Salutis. *Eccl. 6. v. 31. vide quoque Segneri Manna 1. Aug.*

THESIS VIII. *Joannes autem cum audisset in in vinculis. Matth. 11. v. 2. varia sunt vincula, sed maximè. Vincula peccatorum, quibus retinentur in potestate dæmonis, ne ad pœnitentiam festinent, sunt. I. Incredulitas de rebus alterius vitæ. II. Spes longioris vitæ. III. Desperatio vel diffidentia Dei. IV. Pœnitentiæ horror ob difficultatem, & austeritatem. V. Exemplum malorum seu aliorum peccatorum. VI. Respectus humani. VII. Neglectus Salutis, & Mediorum ad illam. VIII. Præsumptio de Misericordia Dei. IX. Obstinatio in malo. Suspirabam ligatus non alieno ferro, sed ferrea voluntate; velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat. S. Aug. l. 8. Conf. c. 5. Math. Faber hic Conc. 6.*

Vita bona. THESIS IX. *Euntes renunciate Joanni, quæ audistis, & vidistis. Matth. 4. v. 11. Vita vel invita seipsam prodit uniuscuiusque, scilicet prodit se I. Moribus. II. Operibus. III. Verbis.*

bi; seu more, ore. re. *Alexand. Pellegrini in Paradox. Evang.*

THESES X. *Mittens.* Matth. 11. *Recurfus ad Christū qualis sit?*
 v. 2. I. Non mittitur sæpe, quò mittendum. II. Non mittitur, quando mittendum. III. Non mittitur, pro quo mittendum est, quid mirum, si Missio nostra nihil efficiat?

THESES XI. *Cæci vident.* Matth. 11. v. 2. *Cæcitas.*
 Duplex cæcitas spiritualis est I. eorum, qui malè vident. II. eorum, qui nihil vident. vel I. eorum, qui vident id, quod non est, vel non oportet videre. II. eorum, qui non vident id, quod est, & oportet videre. Prior cæcitas contingit iis, qui vident in bonis terrenis felicitatem, quæ non est; in peccato innocentiam, quæ non est; in Deo aliquam misericordiam, quæ non est, nec esse potest. Posterior cæcitas eorum est, quos superbia, voluptas, divitiæ excæcant. & sic in tenebris, quasi in luce ambulant. Job. 24. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem. Isaiæ 43. Cæcitatibus duæ species facillè concurrunt, ut, qui non vident quæ

quæ sunt, videre videantur quæ non sunt. *Tertull. Bretteville Dom. 2. Adv.*

Peccator repugnat Deo THESIS XII. *Cæci vident, claudē ambulat, leprosi mundantur &c. Matth. 5. v. 5.* Christus omni potentia sua laborat, ut *procuret* Sanitatem peccatori. II. Peccator ex parte sua omnibus viribus allaborat, ut sanitatem suam *impediat*; imò Christus omnibus suis attributis, Bonitate, Sapientia, Liberalitate &c. nostram salutem evincere contendit, nos omnia ipsius studia irrita facimus. Atque ita, ut Petrus Damiani dicit, facit Deus de veneno medicamentum, nos de medicamento venenum facimus. Tendit enim adversus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. *Job. 15. v. 25. Conclusio erit: Vocavi te, & renuisti &c. Prov. 1. v. 24.*

Adversitas. THESIS XIII. *Joannes in vinculis. Matth. 11. v. 2.* I. Crux, & adversitates verè Christianis *dulces* videntur. II. Crux, & adversitates Mundi *aflectis intolerabiles*. Pone calamitatem, pone paupertatem, pone dolorem: pono Deum S. Chrysof. Omne malum aut timore, aut pudore Natura perfudit,

dic; malefici gestiunt latere, trepidant deprehensi, negant accusati: Christianis verò quid simile? neminem pudet, neminem poenitet. . . . quid hoc mali est, cujus reus gaudet, cujus accusatio vorum est, & poena felicitas? *Tertull. in Apolog. adversus Gentes, c. 1.*

THESIS XIV. *Qui mollibus vestiuntur, in Domibus Regum sunt.* Matth. 11. v. 2. *Virtus va^a Nobilitat.* Sanctitas raro apud Nobiles hujus mundi invenitur, quia inconstantia hujus mundi eos ad malum trahit, velut arundinem vento agitaram, scilicet vento ambitionis, vanitatis, invidiæ, vindictæ &c. item quia vita eorum delitiosa opposita est virtuti, & cruci Christi.

THESIS XV. *In Domibus Regum sunt.* Matth. 11. v. 2. *Politica.* Politicorum, Regnorumque perniciës. I. Patet in Josepho: ita ab eis venditus fuerat Joseph, sed ideò est adoratus, quia venditus, *S. Gregor. 6. Moral. c. 12.* II. Patet in Caipha: Scidit vestimenta sua, & nescius quid hac significaret insania, Sacerdotali se honore

nore privavit. *S. Leo Serm. de Pass. Dom.*
 Scilicet, Regna terræ, & jura Re-
 gnorum tunc sanè sana suis Dominis,
 atque illæsa persistunt, si Divinis Or-
 dinationibus ac dispositionibus non re-
 sistunt. *S. Bern. Ep. 255. ad Ludov.*
Francorum Regem. Vide Alexandrum Pelle-
grini in Paradoxis.

THESIS XVI. *Joannes in vinculis.*
 Matth. II. v. 2. I. Innocentia in car-
 cere. II. Scelus in *Aula*. III. Veritas in
deserto. Hoc est Joannes in vinculis. Qui
 mollibus vestiuntur, in Domibus Re-
 gum sunt. Quid existis (*in desertum*)
 videre? Prophetam? etiam Dico vo-
 bis, & plusquam Prophetam. *Du-*
rand. Doct. Theol.

Cæcitas. THESIS XVII. *Cæci vident*, Matth.
 II. v. 5. Duplex Cæcitas Spiritua-
 lis datur in mundo. I. Illorum qui
malè vident, e. g. videndo felicita-
 tem in bonis terrenis, innocentiam
 in peccato, misericordiam certam in
 Deo, quæ in eo esse non potest. II.
 Eorum, qui *nihil* penitus vident,
 cum tamen præsens objectum visibi-
 le sit, excecati videlicet fumo super-
 biæ, igne luxuriæ, & pulvere divi-
 tiarum. Cæcitatibus duæ species facile
 con-

concurrunt, ut, qui non vident, quæ sunt, & videre videntur, quæ non sunt. *Tertull. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem. Isaïæ 43. v. 8.*



DOMINICA III. ADVENTUS.

THESIS I. *Tu qui es?* Joan. 1. *Homo quid sis*
v. 19. Ut te ritè cognoscas, te ipsum interroges, oportet: I. *In Ordine Nature;* quid fueris secundum esse tuum ante formationem tuam? quid modò sis in tua existentia, seu consistentia? quid futurus sis in morte, seu tua destructione? II. *In Ordine Gratia;* quid fueris ante peccatum? quid modò in peccato? quid futurus sis post peccatum? *Franc. de Wespim. S. J. in Moral. Evang.*

THESIS II. *Dirigite viam Domini.* Joan. 1. v. 23. Quatuor enim sunt viæ hominis. I. *Via Infirmittatis.* II. *Via Necessitatis.* III. *Via Vanitatis.* IV. *Via Veritatis.* Prima est Jerichuntina

Via.